



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiae**

§. [7.] De pœnis Simoniae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

rei temporalis siue precii tantum facta est, nondū tradita re spiritali, vel vice versa: traditio rei spiritalis sacra est, nondum traditio precii temporalis.

NB. Qui fictè promittit dare rem temporalem pro spiritali sine animo obligandi, is non scōmittit simoniam conuentionalem, quia non est conuentio sine consensu in obligationē, qui vero deceptus dat spirituale pro re temporali mentali solum simonia delinquit, propter quam nulla pœna incurritur, quia non satis proditur, vt de illa iudicari possit.

## §. VII.

*De pœnis Simonie.*

Pœnæ simoniacis decretæ, intelligendæ sunt, si 68  
simonia ex vtraq; parte per traditionē completa sit. Ratio est, quia pœnæ tam graues strictè interpretationis esse debent, vt cum decernuntur propter aliquem actum peccaminosum. intelligantur de actu omnino completo.

Nulla simonia iuris pœnam ipso facto inducit, nisi 69  
si ea, quæ est in Religionis ingressu, ordine ac beneficio Ecclesiastico.

Rarò propter datum aliquod in ingressu religionis 70  
etiam virosimonia vitium incurritur, & non nisi secuta professione idque propter diuturnam consuetudinem talem exactionem cohonestantem.

NB. Cum Canones collationes beneficiorū si-  
mone factas irritas esse decernunt, strictè interpretandos esse, vt non comprehendant monachatum.

Propter simoniacam collationē & susceptionem 71  
ordinum etiam primæ tonsuræ incurritur excommunicacionis & suspensionis censuræ Papæ reseruata.

- 72 Propter simoniam realem & completam in beneficio Ecclesiastico contrahitur excommunicatio Papæ reservata, & electio, Præsentatio, confirmatio irrita est, nihil obstante, quod electus prouisus, &c. id ignorauerit, excepto si in fraudem pecunia data fuerit vel si ille expresse contradixerit.
- 73 Simoniacè electus aut prouisus inhabilis efficitur, quominus per dispensationem Episcopi idem beneficium consequi possit.
- 74 Beneficium simoniacè obtinens aliis beneficiis ipso iure non priuatur, neque inhabilis fieri videtur ad alia obtinenda ante iudicis sententiam.

## §. VIII.

*De Simonia confidentialia.*

- 75 **S**imoniam confidentialis quatuor sunt modi: Primus dicitur Accessus, habetque locum in eo, qui ad beneficii Ecclesiastici prouisionem concurrat eligendo, præsentando, aut confirmando, si id agat cum certa confidentialia, uellicet pacto aliqua interueniente, ut beneficium postea ipsemet, vel alteri v. c. nepoti ipsius resignetur. Secundus dicitur, Regressus, habetque locum in eo, qui renunciat beneficium in fauorem alterius, cum certa confidentialia quod postea tempore conueniente a ipsum renunciantem, vel aliam personam v. c. cognatum eius idem beneficium repressum sit. Tertius modus est, Ingressus, si aliquis beneficium sibi collatum sed nondum possessum renunciet eâ confidentialia seu pacto, ut postea eius possessionem iterum ingrediatur, si is, cui resignauerat, mortuus fuerit, vel Episcopus v. c. factus. Quartus modus locum habere potest, tam in renunciante, quam conferente, si